A rgutatio inambulatioque
N am ista prevalet nihil tacere
C ur non tam latera et futura panda
N ec tu quid facias ineptiarum
Q uare quidquid habes boni malique
D ic nobis volo te ac tuo amores
A d celum lepido vocare versu

Queris quot mihi basiationes
Tue lesbia sint satis superque
Q uam magnus numerus lybisse harene
L asarpici feris iacet tirenis
O ra dum iovis inter estuosi
E t beati veteris sacrum sepulcrum
A ut quam sydera multa cum tacet nox
F urtivos hominum vident amores
T am te basia multa basiare
V esano satis et super catullo est
Q ue nec numerare curiosi
P ossint nec mala fascinare lingua

Misere catulle desinas ineptire
Et quod vides perisse perditum ducas.
F ulsere quondam candidi tibi soles
C um ventitabas quo puella ducebat
A mata nobis quantum amabitur nulla
I bi illa multa cum iocosa fiebat
Q ue tu volebas nec puella nolebat
F ulsere vere candidi tibi soles
N unc iam illa non vult tu quoque impote
N ec que fugit sectare nec miser vive
S ed obstinata mente perfer obdura. Vale puella iam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_910/0618
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG